

ARTICULUS XX.  
DE  
MINISTERIO ECCLESIASTICO.  
APHORISMUS I.

Ministerium Ecclesiasticum est ordo docentium divini-<sup>Definitio</sup>  
tūs vocatorum, cui concessa est gratia per prædicatio-<sup>Ministeriū</sup>  
nem verbi sacramentis obsignati perducendi homines  
ad salutem æternam.

EXPLICATIO.

I. Ministerium.

Terminus hic vel *generaliter*, vel *specialiter* accipitur. Priori modo  
notat quodvis servitium. Posteriori modo noster est.

II. Ecclesiasticum.

1. Ita dicitur *ab objectō*, quod versetur circa res Ecclesiasticas & in  
usurā Ecclesiæ institutum sit.
2. Dicitur ita à *fine*.
3. Dicitur ita non *strictissime*, prout ad curam Oeconomix Ecclesiasticæ  
refertur, ut Actor. VI, 1. sed *strictè*, prout notat *ministerium verbi*,  
Actor. VI, 4.
4. Ut indicetur, pastores quidem ministrare non *magistratui Politico*,  
sed *Ecclesiæ*. In Scripturâ S. Synonyma quædam occurrunt.  
Vocatur ministerium novi Testamenti, 2. Corinth. III, 6. ministe-  
rium reconciliationis, 2. Corinth. V, 18. ministerium Evangelii,  
Actor. XX, 24.

III. Ordo.

1. In quid prædicatur de ministeriō. Alius ordo est
  - a) Ecclesiasticus seu ordo in chorō.
  - b) Politicus - - - in forō.
  - c) Oeconomicus - - - in thoro.

Primus ordo est institutus adversus hæreses & corruptelas doctrinæ,  
secundus ad securitatem publicam & adversus latrocinia, tertius  
adversus egestatem.

2. Distin-